



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

178 Attestatio Navarrae de impetratis absolutionibus à censuris  
restitutione promissa parata, vel facta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ubi hæc fiunt, fieri videntur, & permittuntur, denuncient; cum præceptum eis sit à consilio Viennensi, ut sub pœna peccati mortalis id faciant, postquam de eo ipsis constiterit, quòd tamen facile constare potest, quamvis parte vocata, & judicialiter id fieri debeat.

178 Quamquam, ¶ etiam testor, multos populos Italiae, & Governatores, ac exactores eorum annis, quibus ego Sacrae Pœnitentiariæ servio, à Summo Pœnitentiarario S. D. N. petiisse absolutionem à censuris ob hæc incurfis, restitutione promissa parata, vel facta, quos utinam aliorum Regnorum populi, & Rectores imitarentur, Amen, ut in Manual. c. 17. num. 202. vers. *quarto de mirari.*

179 ¶ Quòd autem parte vacata, & judicialiter de censurarum incurfu constare debeat, procedit ad effectum judiciali-

ter declarandi aliquem in sententiam excommunicationis in Bulla Cœnæ Domini contentam incidisse, & incurrisse. Et in his terminis procedit prima opinio Navarri, sed in foro poli, coram confessorio. Governatores, magistratus, populi, exactores, & alij contravenientes, contentis in Bulla Cœnæ Domini pro verè excommunicatis sunt habendi, & non absolvendi, ex proximè per eundem Navarrum dictis, & *suprà n. 136. & 144. allegatis*, & de his, quæ frequentius in foro contentioso quaeri solent. Hæc pauca mihi de excommunicationis sententia dixisse sufficiat: cum in concernentibus forum conscientiae, & Bull. Cœnæ Domini ferè omnes Theologi, & ex recentioribus, Navar. Cardinal. Toletan. Grassi & Sayr. copisè differuerint, ad quos remissè sufficiat.

## DE SUSPENSIONE, ET INTERDICTO.

### Cap. VIII.

#### S U M M A R I U M.

1 Censura ecclesiastica sunt tres.

Suspensionis, & interdicti sententiam Episcopi, Archiepiscopi, & alij Superiores non incurrunt, nisi de ipsis in constitutionibus expressa mentio habeatur, ibidem.

2 Suspendio, quid sit.

3 Suspensionis pœnam incurrit Episcopus aliquem aliena diœcesis ordinans sine litteris dimissorias.

4 Episcopus infantem, aut illitteratum ad primam tonsuram promovens, per annum à clericali tonsura collatione est suspensus.

5 Insans, quis dicatur.

6 Illitteratus, quis dicatur.

7 Episcopus sacerdotem indignum, & inhabilem ordinans, à collatione ordinis sacerdotalis est suspensus.

8 Episcopus solemniter pœnitentem, aut bigamum